Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30288
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

& cu͂ omni constantia assererent. insanis inquit o
phylemon. & mente es captus subito. At ille. Ego
inquit non insanio. s; tu iniustissimus atq; insa
nissimus iudex es. qui tot iustos iniuste perimis ui
ros. ego enim xpianus sum. quod est genus optimum.
Tunc ille coram populo cepit eum primo plurimis
blandimentis reuocare uelle in id quod eum noue
rat. S; ubi inmobilem uidit. omnia intendit in eum
genera tormentorum. Cognito autem quod ex uerbis apol
lonii hec ei nata fuerit permutacio. correptum etiam
apollonium. grauioribus subdidit suppliciis. & decepto
ris crimen in eum exaggerat. Apollonius uero utinam
inquit & tu iudex & qui assistunt omnes & audiunt
me. hunc meum quem dicis errorem deceptionemq;
sequeremini. At ille ubi hec audiuit. & ipsum &
phylemonem. ignibus tradi in conspectu populi iubet.
Jlli uero postquam ingressi sunt flamas. beatus apollonius cunc
tis audientibus clamat ad dominum dicens. Non tradas
domine bestiis animas confitentium tibi. s; ostende nobis
domine euidenter saluatorem tuum. Igitur ubi hec in au
ditu populi & iudicis ad dominum locutus est apollonius.
repente nubes repleta rore circumdedit uiros. &
flamas accensi ignis extinxit. Super quo obstupe
facti & iudex & populus una omnes uoce clamare ceperunt.
Magnus & unus est deus xpianorum solus. S; hec cum fuissent
prefecto alexandrie nuntiata. semetipso truculentior
redditur. & electis quibusdam de offitio crudelissimis &
seuissimis non tam hominibus quam bestiis mittit qui et
ipsum iudicem qui mirabilibus diuinis crediderat. et
eos per quos diuina uirtus apparuerat uinctos alexandri
am ducerent. Igitur gratia dei in uerbo. cepit apollonius
qui se uinctos ducebant fidem xpi docere. quiq; cum domini
tota cordis firmitate fidem recepissent. & domini misericordiam cre
didissent. semetipsos cum his qui exhibebant uinctos
offerunt iudici. & xpianos se esse pariter profitentur. Quos
cum prefectus in fide xpi pertinaces & immobiles peruidis
set. uniuersos pariter iubet in profundum maris dimergi.
ignorans impius quid ageret. Hoc enim sanctis non mors
sed baptismum fuit. S; horum cor[illegible]pora dei sine
dubio prouidentia integra illibata[illegible]q; maris un
da reportauit ad litus. queq; ab his qui obsequii
causa simul fuerant suscepta sub uno sepulchri do
micilio locata sunt. a quibus usq; ad presens uirtutes
multe & signa omnibus miranda consummantur. sed & uota
omnium & orationes suscipiuntur ab eis. & cum fructu pe
ticionis implentur. prestante domino nostro ihu xpo. qui uiuit
& r. p. o. s. s. amen.

B. IIII Id. apl. Incipit passio s. Vincentie & Margareta rete virg.

Peracta persecutione in xpianos. exi
erat edictum ut si quis inuentus fuis
set xpianus. in mari dimergeretur. aut di
uersis penis puniretur. Ipso tempore erant
due uirgines xpiane dominum confitentes vincentia.
& margareta nomine. que sua sacra corpora xpo
dedicauerunt. Erat enim vincentia annorum decem.
& margareta octo. ex genere senatorum. audiens hoc maxi
mianus imperator. uocauit prepositum palatii sui nomine eusebium.
dixitq; ad eum. Require michi puellas quas dicunt xpm
confiteri. ut eas cogas diis nostris sacrificare. Quod si nolue
rint. tormentis eas affligere. aut si nostram iussionem contemp
seris easq; dimiseris. a nostro palatio alienus eris. Tunc
ueniens eusebius in ciuitatem yconium prouincie ysaurie.
iussit sibi tribunal in foro preparari. Cumq; consedisset dixit.
Adducite michi puellas xpianas. uincentiam & margaretam.
Que cum adducerentur. uidens eas eusebius delicatas & nobili fa
milia exortas. diis sacrificare cogebat. Sancte uero puelle di
xerunt. Nos diis uestris non sacrificamus qui sunt surdi
& ceci. sacrificamus autem domino nostro ihu xpo cui nos spopon
dimus deseruire omnibus diebus uite nostre. Tunc audiens
hoc iudex iratus iussit eas uirgis cedi. Et intendens
dorso earum. uidit quoniam non eas nocuit. Iussit itaq; eas pri
uata custodia recludi. cogitans quid de nouo faceret eis ob pre
ceptum imperatoris quia dixerat. si eas non coegeris sacri
ficare alienus eris a palatio. aut in mari dimergeris.
Puelle autem non cessabant orantes dominum die ac nocte. Ma
ne autem facto iussit puellas sibi presentari. quibus & dixit.
Sacrificate diis nostris & accipietis sponsos diuites. & eri
tis magne in palatio imperatoris. Vincentia & margare
ta dixerunt. Diuicie uestre uobiscum sint in perditionem.
qui existimatis nos per premium. dominum nostrum posse amittere.
& demoniis sacrificare. Hec cum audisset eusebius. iussit
eas suspendi. & in stomacho cedi. Sancta margareta res
pondit. Domine ihu xpe miserere nobis. & esto propicius
in hac hora supplicationi nostre. Cumq; fuissent dimisse.
dixit eis eusebius. Sacrificate uel nunc. ne perdatis flo
rem etatis uestre. Sancte uirgines dixerunt. Anime nostre
& flores etatis ei in primis est ut inueniri mereantur in pa
radyso. Tunc iussit eas in carcerem recludi. & alio die sibi
presentari. una cum aliis qui pro fide multo tempore reclusi
erant. & precepit ante eas adduci diuersa genera tormen
torum. ut uidentes terrerentur. Ministri autem sicut eis ius
sum fuerat impleuerunt. Tunc iudex ait sanctis. Numquid
& uos xpiani estis. Dicunt ei. Nos xpiani sumus. et
non nouimus deos adorare nisi unum uerum deum & dominum nostrum
ihm xpm. per quem creata sunt omnia. Hec audiens eu
sebius iratus est. & ait. Isti seductores sunt simplicium
animarum. Nam potuerunt hee puelle diis nostris sacrificare.
Et precepit sanctas dei uirgines sequestrari. illos uero martires domini
mandauit decollari. Quos xpiani collegerunt. & in
tutissimo loco posuerunt. Post hec iussit sibi eusebius
sanctas dei puellas presentari. & cum eis diuersa genera tor
mentorum adduci. & dixit eis. Videtis quibus tormentis
uitam uestram finire decreui. Accedite ergo. & sacrificate diis.
Vincentia & margareta responderunt. Sacrificate illi uos.
quia cum ipsis ibitis in perditionem. Audiens hec tyrannus.
iussit eas eculeo suspendi. Et dum torquerentur. leuaue
runt oculos suos in celum. & dixerunt. Deus pater domini nostri ihu
xpi qui fuisti cum tribus pueris in camino ignis ardentis & sal
uasti eos. libera & nunc ancillas tuas. quia propter nomen tuum